

MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Parish, Lewisham

PROPER of the MASS

ST IGNATIUS OF LOYOLA

July 31

Philippians 2: 10-11

IN nómine Jesus omne genuflectátur, cœlestium, terrêstrium, et infernórum: et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris. *Ps.* Glorabúntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quóniam tu benedices justo. Gloria Patri.

DEUS, qui ad majórem tui nóminis glóriam propagándam, novo per beátum Ignátium subsidio militantem Ecclesiám roborásti: concede; ut, ejus auxílio et imitatióne certántes in terris, coronári cum ipso mereámur in Cœlis. Per Dominum.

II Timothy 2: 8-10; 3: 10-12.

CÁRISSIME: Memor esto Dóminum Jesum Christum resurrexisse a mórtuis ex sémine David, secúndum evangélium meum, in quo labóro usque ad víncula, quasi male óperans: sed verbum Dei non est alligátum. Ideo ómnia sustíneo propter eléctos, ut et ipsi salútem consequántur, quæ est in Christo Jesu, cum glória cœlesti. Tu autem assecútus es meam doctrínam, institutiónem, propositum, fidem, longanimitátem, dilectiόnem, paciéntiam, persecutiόnes, passiόnes: quælia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii,

INTROIT

In the name of Jesus let every knee bow, of things in Heaven, on earth, and under the earth: and let every tongue confess that the Lord Jesus Christ is in the glory of God the Father. *Ps.* All they that love Thy name shall glory in Thee: for Thou wilt bless the just. Glory be to the Father.

COLLECT

God, Who, to spread abroad the greater glory of Thy name, didst, through blessed Ignatius, strengthen the Church militant with a new reinforcement, grant that we, who are fighting on earth by his help and after his example, may deserve to be crowned with him in Heaven. Through our Lord.

EPISTLE

Dearly beloved, be mindful that the Lord Jesus Christ is risen again from the dead, of the seed of David, according to my gospel. Wherein I labour even unto bands, as an evildoer: but the word of God is not bound. Therefore I endure all things for the sake of the elect, that they may also obtain the salvation, which is in Christ Jesus, with heavenly glory. But thou hast fully known my doctrine, manner of life, purpose, faith, long-suffering, love patience persecutions, afflictions, such as came upon me at Antioch, at Iconium, and

et Lystris: quales persecutiões sustinui, et ex omnibus eripuit me Dóminus. Et omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutiõnem patiëntur.

Psalm 91: 13-14

JUSTUS ut palma florébit: sicut cedrus Libáni multiplicábitur in domo Dómini. Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

James 1:12

ALLELÚIA, allelúia. Beatus vir qui suffert tentatiõnem: quóniam, cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ. Allelúia.

Luke 10: 1-9

IN illo témpore: Designávit Dóminus et álios septuagínta duos: et misit illos binos ante faciẽm suam in omnem civitátem et locum, quo erat ipse ventúrus. Et dicébat illis: Messis quidem multa, operárii autem pauci. Rogáte ergo Dóminum messis ut mittat operários in messem suam. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolíte portáre sácculum, neque peram, neque calceaménta; et néminem per viam salutavéritis. In quamcúmque domum intravéritis, primum dicite: Pax huic dómui; et si ibi fúerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos revertétur. In eádem autem domo manéte edéntes, et bibéntes quæ apud illos sunt: dignus est enim operárius mercéde sua. Nolíte transire de domo in domum. Et in quamcúmque civitátem intravéritis, et suscepérint vos, manducáte quæ apponúntur vobis: et curáte infirmos, qui in illa sunt, et dicite illis: Appropinquávit in vos regnum Dei.

at Lystra; what persecutions I endured and out of them all the Lord delivered me. And all that will live godly in Jesus Christ shall suffer persecution.

GRADUAL

The just shall flourish like the palm-tree; he shall grow up like the cedar of Libanus in the house of the Lord. To show forth Thy mercy in the morning and Thy truth in the night.

ALLELUIA

Alleluia, alleluia. Blessed is the man that endureth temptation; for when he hath been proved, he shall receive the crown of life. Alleluia.

GOSPEL

At that time, the Lord appointed also other seventy-two; and He sent them two and two before His face into every city and place whither He Himself was to come. And He said to them: The harvest indeed is great, but the labourers are few: pray ye therefore the Lord of the harvest, that He send labourers into His harvest. Go, behold I send you as lambs among wolves. Carry neither purse, nor scrip, nor shoes; and salute no man by the way. Into whatsoever house you enter, first say, Peace be to this house: and if the son of peace be there, your peace shall rest upon him: but if not, it shall return to you. And in the same house remain, eating and drinking such things as they have: for the labourer is worthy of his hire. Remove not from house to house. And into what city soever you enter, and they receive you, eat such things as are set before you; and heal the sick that are therein; and say to them, The kingdom of God is come nigh unto you.

Psalm 88: 25

VÉRITAS mea, et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

ADSINT, Dómine Deus, oblatiõibus nostris sancti Ignátii benigna suffrágia: ut sacrosáncta mystéria, in quibus omnis sanctitátis fontem constituísti, nos quoque in veritáte sanctíficent. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Dómine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominatiões, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

Luke 12: 49

IGNEM veni mittere in terram: et quid volo, nisi ut accendátur?

LAUDIS hóstia, Dómine, quam pro sancto Ignátio grátias ágentes obtúlimus: ad perpétuam nos majestatis tuæ laudatiõnem, ejus intercessiõne, perdúcat. Per Dominum.

OFFERTORY

My truth and My mercy shall be with him: and in My name shall his horn be exalted.

SECRET

May the kind intercessions of St. Ignatius be with our offerings, O Lord God, that the most holy mysteries, in which Thou hast established the fountain of all sanctity, may in very truth sanctify us likewise. Through our Lord.

COMMON PREFACE

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise:

COMMUNION

I am come to send fire upon the earth, and what will I but that it be enkindled?

POSTCOMMUNION

May the sacrifice of praise, O Lord, which with thanksgiving we have offered Thee, in honour of St. Ignatius, bring us, by his intercession, to the everlasting praise of Thy majesty. Through our Lord.